culti. diteſqꝫ rapinis: ſucceſſu elati. ſuꝑos. acherontaqꝫ ridēt
Nulla eis de aīaꝝ ſalute cura eſt: amor dei nullꝰ. nulla reue-
rentia ſctōꝝ. exercitacio nulla virtutū. Hi ſunt abbates caplo
veſtro rebelles: qui ſtatuta negligūt. ſanxiones ſpernūt. regu

lam contemnunt. Ex abiectis magnificati ſunt: ſed hono-
rantem ſe ordinem impie contemſerunt. Sanctus benedi-
ctus te o abba ingrate ſublimauit: diuitem te fecit. monachũ
ſuſcepit. fratrum ſuorum paſtorem conſtituit. Quare ergo
non recognoſcis munificentiam legiſlatoris tui? Quare vi-
cem non rependis beneficijs eius. Quid habes quod de re-
gula eius non accepiſti. Quis tibi cõmiſſum dotauit ceno-
bium? Nonne deuotio principum: et elemoſine fideliũ po
pulorꝝ? Cur ergo beneficijs tãtis ingratꝰ es. Ecce nihil mi-
nus ꝗ̃ obſeruantiã regularẽ cogitas. diſciplinã reſpuis. deũ
ſpernis: eiꝰ p̄cepta ꝯtemnis. et de ſecuritate p̄ſumis. Ecce in
auibꝰ celi ꝯtra regulã ludis: ecce in canibꝰ immũdicie ꝯtra le-
gem clericorꝝ venaris: ecce in voluptatibꝰ carnis ꝯtra hone-
ſtatẽ delectaris: ecce qđ turpiſſimũ eſt. ꝯtempto caſtitatis iu-
ramẽto. cũ meretricibꝰ ⁊ lenonibꝰ ſubſtãtiã ſancti bñdicti cõ
ſumis. Triginta vel quadraginta nũmos auri. in balneo nõ
times exponere: et ſancto benedicto vel vnũ rẽnuis offerre.
Mentior ſi non noui abbates q̇ plꝰ ꝗ̃ quinquaginta florenos
in termis ꝯſumpſerũt: e quibꝰ nõnulli primi ſunt q̃ ſubſidijs
capłi reſiſtũt. Alij etiã ex his q̇ obſeruãtiales dici volũt. ſecre-
ti et quietis impatiẽtes. diu in cenobio nõ valentes ꝯſiſtere:
omnẽ eſtimãt occaſionẽ ideoneã: qua poſſunt cũ magnis ex-
pẽſis hincinde trãſmigrare. quid dicã de ſtructuris ⁊ curioſis
et ſupfluis que nõ minꝰ rep̄henſioni ꝗ̃ expẽſis obnoxie ſunt.
Picturis ornant̃ parietes: auro pinnacula fulgẽt: monimẽ-
tis feneſtre notant̃. clamãt ad ianuã paupes: ordo ſacer angu-
ſtiatꝰ petit auxiliũ: et nullꝰ dignatur ſubuenire. O abba mi-
niſter voluptatis. cultor vanitatis. pietatis inimice: qui ſub-
ſtanciã monaſterij turpiter effundis: qui auro vina libas li-
bas: q̃ ordini tuo ſubſidiũ negas: quemadmodũ ſancto bñdi-
cto rõnem villicatiõis tue redditurꝰ es. Si diues epulo in in-
ferno ſepultꝰ eſt: quia lazaro de ſuo ꝓpter deũ auxiliũ nõ ꝯtu-
lit: quo ſepeliet̃ abbas qui aliena ſuo dño negauit. Si ſemp
ardebit qui de ſuo non fecit elemoſinã: quid meret̃ abbas qui

cont̄ abbates

fecerit rapinam. Quid habes o abba qd non accepisti. Omnia em̄ que possides: ad ius sancti benedicti ptinent. Notale aūt est omnibus: vt qui viuit iusticie subsidio: nulli quod iustū est audeat denegare. Diffinitio iusticie est: reddere vnicuiqz qd sibi iure debetur. Nos aūt in cenobio cōstituti nihil habem⁹ ppriū: sed sub bona fide possidemus alienū. Alienū aūt restitutioni censet̄ obnoxiū. Oīa em̄ que ad monachoꝝ sustentationē principes ac fideles populi cenobijs ptulerūt: sancto benedicto tradidisse memorant̄. Si ergo substantiam ei⁹ dissipaueris. si qd suū est illi reddere ptēpseris: duplici dānatiōi subiacebis: quippe qui de infidelitate sacrileg⁹. de negata fide iudicaberis criminos⁹. Redde igit̄ vnicuiqz qd suū est: et tibi ne vsurpaueris qd tuū non est. Da legislatori tuo quod iure postulat: da ordini ei⁹ auxiliū quo subsistat. Quare non impendis relligioni tue debita subsidia? Quare non reddis illi ptem. qui tibi ptulit totum. Cur illi negas modicū. a quo multū recepisti. Nunquid cenobij tui paupertatem allegare poteris qui tam multa turpiter cōsumis. Pudet me dicere. quod facere abbates multi nō verentur. qui voluptatib⁹ carnis non tam submersi q̄ȝ furiosi. nihil honestatis monastice custodiūt. nihil turpitudinis mundane obmittunt. Oīa sibi licere existimāt. qui nō q̄d deceat. sed q̄d libeat explorāt. Ecce ille monasticā abhorrens quietē. vagis discursib⁹ in mūdo querit solaciū. iste secreti regularis impatiēs. pomposus pcedit in publicū. alter disciplinā honestatis vituperans. tota die leuib⁹ psonis cōuiua ebrios⁹ assidet. hic māsuetudinē sctōꝝ ptemnēs. se litigantiū causis immiscet. ad tabulam ludēs ali⁹ residet. ali⁹ ad timpanū stolidus saltat. Quid non p̄sumunt abbates ambiciosi. Quid voluptatis transeunt intemptatū. Cenāti famuloꝝ curuātur genua. trāseunti ecclesiaꝝ sternunt̄ tapecia. pgrediente in publicū seruoꝝ ingens sequit̄ copia. Inuenies (non mentior) abbatē inter eos etiā qui reformatiōis noīe gloriātur. cui⁹ tāta sit ambicio vt episcopo non velit dici inferior. qui ad mēsam cū tāto appa

ratu residet. vt cuilibet principi copia vasoꝝ. cibi potusqꝫ va
rietas. ac ministrantiū multitudo possit sufficere. Deniqꝫ si
ꝓcedenti ꝑ ciuitatē huic dederis obuiā. tāta famuloꝝ multi
tudine vallatū cerneres. nō abbatē sed archiepm̄ transire pu
tares. Si paupes se non fingerent sed essent. in tāta solemni
tate vanitatis minime effluerēt. Cert⁹ eñi sum ꝙ predā sequit
ista turba nō hoiem. De paupib⁹ predā inuenire quis optet?
O abba pastor fugitiue. dispēsator bonoꝝ dñi tui ingrate et
infidelis q̄ substantiā monasterij tam inutiliter expēdis: qui
voluptuose et turpiter viuis: q̄s in extremo examine auxilia
bitur tui? Que rōnis reddēde ꝓcuratorē ꝯstitues? Ecce bo
na sancti benedicti in voluptate ꝯsumis: parentib⁹ tuis in
de subuenis: turpib⁹ hoib⁹ mūera largiris: adulatorib⁹ tuis
dona diuidis: ingluuie et ebrietati. die noctuqꝫ inseruis. Tu
pinguissima terre cōmedis: optimaqꝫ vina bibis: monachi
paupes in egestate viuūt: fratres hūiles panem doloris edūt
oues tibi cōmisse vilib⁹ pascunt. O pastor vane qui gregem
dominicū negligis: qui necessitates fratrū tuoꝝ ꝯtemnis: me
mento cui rōnem redditur⁹ sis: reminiscere ꝙꝫ horrendum sit
incidere in man⁹ dei viuentis: qui ꝑsonam hoīs nō respicit:
qui vnicuiqꝫ iuxta opa sua mercedē rependit. Sed audi con
silium meū et age penitenciā: et peccata tua elemosinis redi
me. immo debiti redditione absolue. quaten⁹ apud internū
iudicem misericordiā merearis inuenire. Depone supcilia.
vastū abice: vanitatē derelinque. Esto abbas fratꝝ tuoꝝ ꝺm
regulā: esto pastor sollicitudine: pater charitate. Pasce illos
verbo: pasce exemplo: pasce alimēto: quoꝝ si vnū obmiseris
pastor inutilis eris. nā sine spūalib⁹ ad eternā salutem tpalia
nihil faciūt: sine auxilio temporaliū spūalia in hac vita diu
nō subsistūt. Si ergo bon⁹ vis esse pastor: vtriusqꝫ pastionis
curā spūalis videlicet et corporalis tibi noueris esse imposi
tam. Debiti dixerā reddit iōe peccata tua soluenda. Cui⁹ de
biti? Illius videlicet quo sancto benedicto censeris obligat⁹.
Quod est illud? Id totū quod habes. Ab eo eñi habes ꝙ mo

nachus es: ab eo q̄ abbas: ab eo q̄ locuples. Nunc itaq; is a
quo hec oīa habes ad ianuā tuā pulsat: ꝑ necessitate ordinis
sui auxiliū postulat: minima de maximis que tibi cōmisit re-
cipere desiderat. Cur bona sua illi denegas: cur tibi credita
dum exigeris nō ilico resignas? Scriptura diuina precipiēs
dicit. Si videris nudum operi eum: et carnem tuam ne de-
spexeris. Ecce nud⁹ ordo tu⁹. ecce lacera clamat religo tua:
elimosinam petit. suum repetit: auxilium querit. Si vlla in
te sunt viscera pietatis: si vlla p̄cordia dulcedinis. si vlla tui
ordinis dilectio. si amor dei vll⁹. carnem tuam ne despicias
tātam necessitudinem publicam ne ɔtemnas. Honora eum
qui te pri⁹ honorauit. da illi elimosinam qui te sublimauit.
largire modicum illi qui te in multis diuitem fecit. Quantū
cunq; illi dederis non minuitur tibi quicq̄. si bonam tantū-
modo adhibeas voluntatem. Modicū dabis et multū reci-
pies. terrena largiter tribues. et celestia sperabis Nec te late-
at. quoniā (vt vulgo dicitur) quicquid honori subtrahitur.
turpitudini reseruat̄. Dicit em̄ sentenciator iuris. Hoc tollit
fisc⁹. quod non accipit xp̄us. Non caret reatu criminis. qui
auariciā preponit ordini pietatis. Sz quid frustra nitimur?
Non habet locū in cordib⁹ prauis sermo pietatis. Qui ver-
ba dei despiciunt. quid mirū si nostra ɔtemnunt? Multa li-
cet eloquar. multa dicam. egregia suadeam. verbis ad ɔtri-
buendū ordini rebelles nunq̄ inclinauero. Enīuero nisi au-
ctoritas vestra o dn̄i presidētes interueniat. monentis sermo
inuanum laborat. Ad officium igitur vestrum pertinet re-
belles flectere. vobis committitur inobedientes humiliare:
nostrum est vestris sanxionib⁹ humiliter obtemperare. Si
ergo cupitis ordinem nostrum a prauorum incursu defende-
re. curate in primis abbates rebelles ad obedienciam reuoca-
re. quia nisi ordinis instauretur vnanimitas. facile preuale-
bit aduersarioꝝ impietas. Ait nanq; in euāgelio dn̄s. Omne
regnum in se ipso diuisum desolabitur. et dom⁹ supra domū
cadit. Sola diuisio. confundit ordinem.

Quemadmodū sunt cogēdi ad sub
ueniendū ordini abbates inobediētes et rebelles. Cap. vij.

SI desit iudicibus auctoritas cohercendi rebelles.
frustra legislatio fiet. Semꝑ eñ nitimur in vetitū
et nisi coacti ꝑceptis reluctamur. Nam vbi nō est
metꝰ potestatis. ꝯditio iuris cito ꝯtemnitur. Cō-
seruatio ergo legis. timor est potestatis. Vbi aūt remissio po
testatis dissimulat. vigor iuris vacillat. Cōstitutio eñ quan
tūlibet sancta vel necessario in obliuionē cito rapit̃. si desit
auctoritas qua ꝯtemptꝰ puniat̃. Tolle potestatē et aliud nō
erit respublica. q̃ꝫ plena seditiōis ꝯfusio. Rustica eñ feritas.
rōne non ducit̃. mansuetudine non sedatur. Inter nostrates
quoqꝫ (deꝰ emendet) multi sunt abbates ⁊ monachi. rusticis
grossiores. bestijs immiciores. qui ad obseruantiā mādatoꝝ
dei et regule māsuetudine nō flectunt̃. exhortationibꝰ quan
tūlibet sanctis nunq̃ꝫ ꝑsuadētur. His si auctoritas presidentiū
non obuiauerit. nulla vnq̃ꝫ obedientia capituli ducerentur.
Ob eā causam summi pontifices. huiꝰ sacratissimi ꝓuincia
lis capl'i fundatores. multa nobis oportuna statuerūt reme
dia. quibꝰ ad subuentionem ordinis subiectos capl'o abbates
possimꝰ cōpellere. Habemꝰ auctoritatē. de potestate hesita-
mus. Et quid valet auctoritas. sine potestate? Si vultis or
natissimi patres vt apciꝰ dicā q̄d de ptāte auctoritatis figura
re voluerim. dabitis veniā si pusillanimitatē vestrā (ne dicā
negligenciā) notauero. Ecce centū vigintiseptem abbacias
sub nostro capl'o ꝓuinciali ꝯstitutas agnouimꝰ. sed nō ab om
nibꝰ subsidia ꝯtributionis debite accipimꝰ. Quare hoc? Au
ctoritatē exigendi recepimꝰ. sed potestatē nō exercemꝰ. Spō-
te oblata recipimꝰ. inobedientes cogere formidamꝰ. Certus
sum etenī q̄ multi abbates nostre ꝓuincie ad subuentionē or
dinis nihil ꝯtribuūt: immo si requirant̃ quasi ex prescriptiōe
ꝯtradicūt. Quid est q̄d facimꝰ? Quare tamdiu dissimulamꝰ
Sponte currenti adhibemꝰ calcaria, iacenti immo recalci-

trantiꝰ nec verbera quidē apponimꝰ. Hinc statutoꝝ nostroꝝ ꝯtemptꝰ nascitur. auctoritas capituli despicitur. hereditas ordinis vndiqꝫ vastatur. In vos hec ferenda sunt o patres. qui rebelles in principio domare negligitis. Considerate quid paritura sit tandē ista dissimulatio. et si ordinem vestrū diligitis de remedio quātocius cogitate. Debile corpꝰ est et dissolutioni ꝓximū. qḋ solatio mēbroꝝ suoꝝ destituitur. Ecce decentū viginti septem abbatibꝰ ꝙ̄ paucos cernitis in p̄senti caplo qui oēs interesse debuerāt ex statuto. Vbi sunt reliqui? vbi oim ꝓcuratores absentiū? Pauci ad necessitatē ordinis ꝯtribuerūt: statuta ordinis seruant pauciores: ad caplm paucissimi ꝯuenerunt. Vbi sunt littere excusatorie illoꝝ q̄ ꝓcuratores nō miserūt? Vbi expēse duplices rebelliū? Quis absentiū ⁊ rebelliū penā dupli in multis annis vnq̄ cōpulsꝰ est soluere? Quid prosunt nobis statuta: q̄d iura. q̄d priuilegia summoꝝ pontificū iuuāt: si in tp̄e necessitatis nō practicant? Ecce benedictus papa duodecimꝰ nobis oportūe in oībꝰ ꝓuidit: dū aduersū ꝯtumaces et rebelles censuraꝝ frena imponenda ꝓmulgauit. Quid ergo moramur? Quare ꝯtra inobediētes ꝯcessa nobis remedia nō practicamꝰ? Vere patres nō ē laudabilis ista quā facimꝰ dissimulatio nostra. Paucoꝝ enī dissimulata rebellio: multis reluctādi erit occasio. Si aūt ꝑ disciplinā paucitas ad obedientiā cōpellitur: audacia multitudinis timore cohercetur. Oē regnū in seipo diuisū desolabitur: et oīs relligio a seipa dissentiēs paulatim dissipatur. Non est venusta spēs ordinis: vbi tumultuat ꝯfusio vnitatis. Prima enī in omni republica desolatiōis via est: inobediētia subditoꝝ. Si ergo (patres venerādi) caplm ꝓuinciale ꝯtinuare cupitis: si dimēbratiōibꝰ monachoꝝ obuiare vultis: si deniqꝫ ordinē vestrum ab inimicoꝝ manibꝰ defendere optatis: curate in primis ad obediētiā reuocare cōtumaces: ne qḋ foris ꝑ industriā acquiritis: intꝰ ꝑ diuisionē subditoꝝ amittatis. Qḋ quidem in primis suauissimis exhortationibus temptandum est: quas si obdurata ceruice contempserint: durioribꝰ sunt increpationibus fe

riendi. Si vero nec blanda curauerint nec aspera. iam ꝯtra eos censura ꝓmulgatur ecclesiastica. Multi eñ cohortationib⁹ non emendant̄. sed elati fiūt. In his tamen mod⁹ habend⁹ est et necessaria discretio. sine quib⁹ nulla vnq̄ꝫ mitigat̄ rebellio. Faci⁹ est eñ oues habere debiles q̄ꝫ nullas. Sed q̄s tam idone⁹. vt discretionē vbiqꝫ custodiat? Difficile est modū oīb⁹ adhibere factis. Oportet aūt eū qui aīas infirmas curare vult. et seuex esse et piū. et velut ex vtroqꝫ quodā medio ꝯpatū. vt nec seueritas sit nimia. nec pietas remissa. Nā alter frāgit. alter resoluit. Mod⁹ aūt cohercēdi rebelles et ꝯtūaces ille pulcherrim⁹ est. quē longa expientia senior ꝯmendat.

De celebrando capitulo prouinciali. Capitulū. viii.

Conuenictib⁹ nobis in vnū (prestātissimi patres) quid celebratio capituli ꝓuincialis requirat sollerter indagem⁹. Maxima eñ vis stabilitatis nostre in ipso ponit̄: si rite celebret̄. Nam vnicū ordinis nostri fortaliciū est: sine quo tota ꝯfunderetur relligio nostra: sicut apparet in eis qui in multis annis nulla celebrauerunt capitula. Capitulū eñ est ꝯseruatio ordinis: incrementū discipline regularis: adunatio vnitatis. In eo nāqꝫ morib⁹ datur integritatis: mētib⁹ auget̄ puritas: vite regularis instauratur equalitas. Sed ad illud quid requirit̄: vt rite celebret̄? Audi q̄d celebratio ei⁹ sincera expostulet. Requirit ergo zelū: requirit scientiā: requirit pietatē. Sine his trib⁹ nihil valet celebratio capituli. Nam si desit zelus: quis corripiet delinquentes. Si desit scientia. quem fructū eu͂selia pariet nimia. Rursum si desit pietas. nec zelus amorem recipit. nec sciētia disciplinā. Ad oīa eñ pietas valet. zelus acuit. sciēcia dirigit. fructū pietas ꝓducit. Sine zelo sciencia manet frigida. sine pietate infructuosa. Item zelus sine sciencia erit nimi⁹ et in-

Quales eligi debent prelati

discret⁹ sine pietate odiosus. Sed pietas ad oīa valet: q̄uis
sine zelo et scientia ad aīaꝝ regimen non sufficiat. Placet em̄
cunctis: solis ꝓficit semota hūilib⁹. Sūma igitur celebran=
di capituli. in dispositione presidentium consistit: que viros
zelosos. doctos. et mansuetos requirit. Nam si remissi. si im=
periti. si crudeles et impij fuerint: quomō tunc ad pietatem
alios reformabunt. Si is qui sedet crimina vindicatur⁹ ad=
mittit: quos sui similes emendabit? Ad vos itaq̄ʒ patres hec
culpa referenda est: si abbates deformatos et viciosos ad pre=
sidentiam elegeritis. maxima igitur sollicitudine curate. vt
tales ad presidendū capitulo deputetis: quos irreprehēsibilis
vita cōmendet: zel⁹ sancte relligiōis exacuet: eruditio scien=
tie salutaris distemperet. Oportet em̄ presidentē alioꝝ. virū
esse morib⁹ integrū: ꝯuersatiōe maturū: zelo feruidū: scientia
scripturaꝝ instructū: mansuetudine decoꝝ. Hic talis nobis
o patres merito preferendus est: cuius vita exemplum: do=
ctrina virtutis prebeat incrementū. Si tales fuerint presidē=
tes capituli: ad obedientiā facile reducentur eidem subiecti.
Erunt em̄ ad presidendum idonei: qui verbo possint instru=
ere dociles: exemplo rudes auctoritate cōtumaces. His etem̄
modis rite celebrabitur capitulū: anime quoq̄ʒ edificabūtur
subditorum. Cetera que presidentes reddāt idoneos: hac vi=
ce mihi non licet describere: quoniā quales esse oporteat. ne=
minem ex eis credo ignorare. Ad vos igit̄ o patres denuo cō=
uertor. qui pro celebrando capitulo in hūc locum cōuenistis
vos alloquor: vos exhortor: vt intentionē vestrā ad instaura=
tionē ordinis dirigatis: et quare sit institutū capitulū sollici=
tamēte cogitetis. Vultis nosse quare sint instituta capitula?
Decreta summoꝝ pontificū requirite: et causam institutiōis
eoꝝ cognoscetis. Verū ne aut pigricia aut occupatio intelle=
ctū hui⁹ rei ꝑpediat: causam erectionis capituli breuiter explica=
bo. Causa ergo ꝓuincialis capituli: ꝯseruatio est. regularis — Causa cap.
instituti. Vidētes em̄ romani pōtifices et generaliū ꝯciliorū
presidentes ordinem nostrum sine remedio speciali in obser=

uantiam nō diu posse subsistere: ꝑ capitulū ꝓuinciale statu
erunt illi succurrere: in quo ꝑ solerciā presidentiū oēs ad regu
lam instituerent viuere: et null9 posset ab incepta reformati
one deuiare. In capitulo enī abbatū sunt emendāda vicia:
virtutū facienda hortamēta: vt mali inueniāt vnde timeāt:
boni audiant vnde meliores fiāt. Idcirco legunt ad edifica
tionem varia: vt bonis mentib9 semꝑ assint incremēta. Ibi
abbas de regimine suo instruitur: ibi de ꝑiculo cure pastoralis
auisatur. ibi quid faciat precipitur quid vitet amore dei pro
hibetur. Deniq3 sic nobis cōuenientib9 ad capitulum. mul-
ta proueniunt vtilia: que si animarū salutem queram9 val-
de sunt necessaria. Nam vt cetera preteream. mutua in cha-
ritate noticia ibidem cōcipitur: que quātum ad amorem re-
gularis obseruantie cōducat experientia demonstratur. Ibi
ex noticia charitas fraterna et cōseruatur et augetur: que alio
quin cito tepesceret: si fomentū agnitionis mutue nō haberet
Hic ad vniformitatē facilis patet access9: vbi morib9 hone-
stis. ex collatiōe patrū mutua parat incendiū ex cōuictu san
ctitatis prebet exemplū. Hec sunt castra dei o patres ordinisq3
nostri ꝓpugnacula: quib9 oīa aduersarioꝝ nostroꝝ ad nihilū
redigātur ingenia. Sed nō oīm vna sinceritas: nec morū in
vobis apparet equalitas. Vnde potuit in vno ordine tanta
aboriri morum disparitas: vbi capitularis aspicitur vnitas?
Quis diuisit inter vos et regulā sancti benedicti: o patres cō
creto crine comati? Cur ad vniformitatem nō aspicitis: qui
vnitatis cōuentum celebratis? Si ordinem sanctū quē ꝓfite
mini diligitis: cur vniformitatē in illo nō amatis? Quid vo
bis criniti capitis vmbra? Quē fert putatis ornatū cirrosi ver
ticis culmen? Credite mihi patres: dedec9 non honor censet
in monacho crinibus obducta facies. O q3 pulchra foret ista
ꝯuentio: si in vnā regularis obseruātie disciplinā vt debue-
rat cōueniret. Quid dicā? Laudo conuentū: sed deformita
tem in suis reprehēdo. Nam ꝓpter ꝯfusionē ordinis: ꝑsentia
vilescit vnitatis. Exterior habit9 indicat: q vitā multoꝝ in

terior amict⁹ reprehēdat. Vere patres offendit nō medio criter puinciale capl'm mox habituūqz ista disparitas: qd ob eā causam nosciť institutū. vt pre oīb⁹ vite seruareť equalitas. Exterior em̄ discordia: interioris discordie indiciū est. Vt ergo in obseruātia regularis discipline sim⁹ vnanimes: studeamus habitu et tonsura in primis esse pformes.

Quā necessaria foret diligēs reformatio monasterioꝝ in nostra puincia. Capitulū. ix.

Quam necessaria sit diligens reformatio monasteriorum in nostra puincia vosipsi o patres cognoscitis: qui statum monachoꝝ hui⁹ temporis non ignoratis. Notū vobis noui. quantis laboribus expēsis et sudorib⁹ patres ordinē nostrū olim reformarint: de quib⁹ monimēta et pauca et debilia nostra etate inuenimus Inter om̄es aūt reformationes ordinis nostri in nostra prouincia tres pre ceteris nouissime claruerūt: videlicet castellensis a castello. mellicensis a mellico: burßfeldensis a burßfeldia sortita nomen: que om̄es sicut in principio feruebāt: ita paulatim tepescentes fini appropinquāt. Nam prime due quasi pfecte senio in paruū numeꝝ ptracte sunt. vltima vero que et posterior est. quia adhuc iunior: etiā videtur esse pstātior. Que et ipsa nihilomin⁹ iam in quibusdā membris suis videť tepescere: et ad laxitatē vite prioris rursum declinare. Sic olim reformatio cluniacensis toto nota in orbe. dū in longū latūqz se trāstulit: quasi virib⁹ ex dilatatiōe amissis paulatim defecit. Prouerbio nanqz dicitur. Om̄e quod veterascit. prope interitū est. reformatio em̄ quantūcūqz celebris vel sancta fuerit: nisi p solerciam platoꝝ sepe renoueť. paulatim euanescit. Quāto em̄ crescit ex tpe: tanto minuitur in feruore: Decedentibus nanqz his qui ordinis zelum in opere demonstrarunt: abbates noui post eos surrexerunt: qui reformationis sanctum feruorem negligentes. in pristinas deformitates re-

Reformatores ordinis

lapsi sunt. Et vt viciniora tangam⁹: vbi est illa reformatio. quã nicola⁹ chusensis cardinalis atz legatus incredibili zelo inchoauit? Vbi sunt illa iuramenta terribilia oĩm abbatum nostre puincie: quib⁹ se ad obseruantiã regularem in manus eiusdẽ cardinalis. ante aram sancti stephani herbipolis obligarunt? Vbi est pmissa obseruantia regularis? Ecce patres centũ viginti septem abbacias sub vestro habetis capitulo: de quib⁹ ex trib⁹ iam dictis obseruãtijs. vix septuaginta sub reformatiõe pmanserunt. Sunt tamen non dubito qui se putant optime reformatos: sed puersatio negat. Vtinam attenderent abbates cõminationem sancti legislatoris nostri sepi⁹ iteratam: qua regimen animarum exactissime rõni dicit obnoxium. Vtinam creditas sibi oues ad pascua vite celestis cõpellerent. ne ipsi cũ ouib⁹ in eternũ perirent. Videte cõuersationem. tam abbatum q̃z monachorum sine lege honestatis monastice in circuitu fumantem: de qua cognita mihi loqui pudor est: audire vobis o patres colẽdissimi horror. Tria em̃ vota relligionis (que ob sui excellentiam substancialia dicuntur) nõ min⁹ curant: q̃z si obseruare nunq̃z promisissent. Omnia confundunt. omnia temerant. omnia presumunt. Si ad diuinũ cultum respiciam⁹. tam cõfuse. tam inordinate. tam dissolute illum perficiũt. vt nec verba sensum. nec debitũ melodia resonet tonum. Omnis em̃ eruditionis bonarũ artiũ expertes sunt. ita vt eoꝝ que canunt nihil penitus intelligant. Vnde fit vt sine affectu. sine deuotione. sine sapore interne dulcedinis. horas non tam psoluant. q̃z confundant canonicas. In eorũ manibus codex diuine scripture nunq̃z aspicitur. sermonis edificatorij ratio nunq̃z assumitur. de morum institutione nunq̃z ratio habetur. Dies obscenis rumoribus tota consumitur. ludis et cõmessationibus omne tempus mancipatur. nulla vnq̃z de reformatione mentio habetur. Seuit inuicem discordantium rabies et inter cappas. pace rupta cenobium lege cõtempta. litibus iungit insanum Hasta illic et gladius et arcus presto sunt. vt non cenobiũ cre

tria vota essentialia

das sed bellantium quod cernis defensorum. Testes sue proprietatis. contra statuta. contra iura. contra regulam. domus separatas singuli inhabitant: in quib9 non monachoꝝ studia sed clericorum exercent. Deum nec timēt. nec amāt: de futura vita nihil cogitant: quippe qui causas anime postponūt voluptatibus carnis. Regulam monachorum non legunt statuta non aduertunt: patrum decreta contemnunt. Votum paupertatis spernunt: castitatis nesciunt: obedientie vilipendunt. Et vtinam quia casti esse rennuunt: continentes saltem esse dignarentur. Fumant stercora viciorū in circuitu: et qḋ omnes norunt nos soli qui emendare iubemur ignoramus. Quid multis vtar? Tam plura: tam magna: tam varia. cōtra regulam sancti benedicti cōmittunt illicita: vt facilius existimem a nouo monachū instituere: q̄ istorum posse vitam emēdare. Nil enī monastice honestatis inuiolatum apud illos pseuerat: sed omnia neglecta. oīa spreta. omnia cōtempta. et lacera iacent Ira rixe. dissensiones. inuidie. detractiōes. maledicta. iuramēta. opprobria. hisq͡ȝ similia: non iudicant̄ apud illos esse peccata: quia cepit esse licitū qḋ publicum est. Vicijs locus patet atȝ criminib9: virtus sola non meretur accessum. Ridēt siquis de penitētia coram eis ceperit habere sermonē: et sicut mantuan9 ait supos acherontaq͡ȝ spernūt: null9 de supplicio metus. de iudice timor null9 est Cerneres apud eos quasi in scaturigine oīm viciorū. abūdare. supbiā. auariciā. libidinē. ingluuiem. accidiam. iram. odiū. omnēq͡ȝ voluptatē carnis: quā si possunt apprehendere. gaudent. si non possunt. tū sedulo ꝯcupiscūt. Computruerūt iumēta in stercore suo et veluti rōne amissa ad penitentiā non volunt reuocari. O bone de9 ad quantā calamitatē deduct9 est ordo quondā excelsus: qui omnib9 potuit merito p̄ferri ordinib9. O sancte pater benedicte: q̄ olim tam sollicit9 fuisti p relligione tua. cur nos in finem deseris? Cur ad hereditatē tuam nō respicis? Quare ordini tuo iam iamq͡ȝ labenti non succurris. Nūquid curam illius abiecisti.

Aut filios tuos abhominata est anima tua? Succurre. subueni. fer auxiliũ: quia nunq̃ fuit religio tua tam grauibus circũdata malis. Ecce a mundi amatoribus foris destruitur ecce a monachis puersis intus laceratur: vt quid maioris sit criminis nemo facile possit discernere: cenobia in man⁹ secularium clericoꝝ transferri. an sub manib⁹ tam sceleratorum monachorum diucius haberi. Heu pater sancte quid dicã? An abbates quondã instituens circa monachos infirmos precipisti esse sollicitos: iam pastorib⁹ nulla de ouibus cura est: de animaꝝ salute diligentia nulla: omnes que sua sunt querũt: non que ihesu xpi. Ecce filij tui pater zelum habẽtes succurrere cupiũt: sed nihil ꝓficiunt: maloꝝ temeritate prepediti. Quis inter hec vero subueniat? Epũs? Sed sua curat. sua querit. nostra despicit. Princeps? Sed fauorẽ vendit. disciplinam respuit. temporalia querit. Nemo est qui doleat sup ꝯtritione ordinis tui: nemo qui subueniat: nemo qui auxiliũ impendat. Omnes qui possunt eum instaurare negligunt: alij qui zelũ discipline habere vident̃ subuenire conant̃ sed nequeunt. O abbates abbates qui omniũ maloꝝ in cenobijs vestris estis occasio: qui vanitatib⁹ dediti: monachos delinquentes nõ statim corripitis: quã durã damnationis sententiã accipietis. Vobis (credite mihi) vobis imputabitur monachoꝝ vestroꝝ dãnato: qui rectores eoꝝ positi. mores instituere neglexistis. Ve vobis. Meli⁹ esset si abbates nunq̃ fuissetis. Vos auaricie et libidini vacãtes opus dñi negligitis: curã animaꝝ despicitis: de obseruãtie semita nihil cogitatis. Qui vicia mõachoꝝ debetis corrigere. vicia cõmittitis: et ne arguantur vestra: dissimulatis aliena. Cernitis o patres ornatissimi. quis sit ordinis vestri stat⁹: qui abbates. qui monachi: q̃m qui corrigãt improbos desunt: soli apud illos qui corrigantur occurrũt. Quid ergo morã facitis? Quare de reformatiõe taliũ nõ cogitatis? Cur monachoꝝ iniqua studia non cohercetis. Nos ꝯfundit illoꝝ diffamia: nos scandalisant illoꝝ exempla: quoniã quo numero sunt plures: eo cre-

duntur a nescientib⁹ actione potiores. Exurgite patres quī di-
es et breues et mali sunt: reformate ꝓ viribus ordinem defor-
matū: erigite deiectū: instaurate collapsū. Nisi enī cito ap
posueritis remedium: graue sentietis in breui detrimētum.
Monachi nanqꝫ dissoluti et regularis discipline inimici. ad
peiora semꝑ aspirant: et ne in ordine saluentur. illum desere
re laborant. Habetis ꝓ reformatione inchoāda iuris auxilia
habetis regulā. habetis statuta. hoc solū a vobis requirit̄. vt
illa practicetis. Si ergo diligitis ordinem vestꝝ. immo quia
diligitis: nolite negligere. nolite tardare: quia maxima viget
necessitas: cū ꝑuersoꝝ monachoꝝ vbiqꝫ presumat impietas.
Ecce diuites mūdi bona cenobiorum violenter rapiūt: ecce
possessiones ordinis auaricie cultores inuadūt: ecce abbaci-
as sancti benedicti in comendas clerici seculares accipiunt:
que omnia nō fierent si in obseruātia regulari abbates et mo
nachi ꝑseuerassent. Nobis ergo imputem⁹ qđ patimur: qui
maloꝝ temeritatib⁹ non a principio reluctamur. Nobis in-
quam hec culpa iuste ascribitur: qui nostris cōmodis inten-
ti ordinis damna velut aliena nō curam⁹. Exurgam⁹ oro pa-
tres. exurgam⁹ vel sero tandem post tot damna. tot ꝑicula.
tot animaꝝ ꝑditionē: et faciamus qđ in nobis est: dei miseri-
cordiam de reliquo postulātes: vt nostrū defectum suppleat:
zelum dirigat. conatus sanctos ꝑficiat. Et si totū ordinem.
ad vnitatem bone cōuersationis nō valemus reducere: stude-
amus eos saltem qui in nostra prouincia sunt monachos pro
posse reformare. Et si non potest omnimoda ꝯformitas ha-
beri in omnib⁹: in trib⁹ saltem reforment̄ substācialib⁹: sine
quib⁹ vita monachoꝝ nihil aliud censenda est: ꝙ anime infi-
delis turpe ꝓstibulū. Reformatio aūt ab abbatib⁹ incipiēda
est: et in monachos deinceps ꝯtinuanda. Nisi enī pastor ad
sinceritatē reduct⁹ fuerit: ouiū sanitas diu nō durabit. Vul-
go nanqꝫ dicitur. Dum caput egrotat cetera membra do-
lent. A capite igitur omnis ornat⁹ corporis inchoandus est.
Sunt quidam abbates deformati. qui ad reformationē mo-

Reformacio

nachos suos velint compellere: sed ipsi obseruãcie regulari nec in minimo volunt subiacere: odio habẽtes in se bonum qđ in alijs diligunt: et quod subditos ꝓhibent. ꝑ se facere nō erubescunt. Talib⁹ o patres nolite confidere: ipsi sunt em̄ qui nos confundūt: visitationes spernūt. decreta capituloꝝ contemnūt. Faciat nos experientia cautos: quos zelos aliquando sine scientia fecit penitentes.

Quod visitatores ad reformationem ordinis nostri debeant esse solliciti. Caplm. x.

Huius aūt reformationis maxima: penes industriam visitatorum posita est. Idcirco dicitur in constitutionibus patrum: vt ad visitationis officium viri deputent̄ idonei: qui v̄bo et exemplo ad honestatem conuersationis visitandos efficaciter possint instruere. Oportet em̄ visitatorem doctum esse lege diuina: oportet sanctum et irreprehẽsibilem esse vita: vt verbo dociles: exemplo instruat pertinaces. Nam vnum sine altero in rectore animarum nō sufficit. Si em̄ ideota fuerit: quomodo alios informabit? Si cōuersatio bone actionis exemplum visitandis nō prebuerit: quomodo ad reformationem eos coartabit? Audiet sane obiectum prouerbij quo dicitur Medice. cura teip̄m. Nec immerito. Enimuero qua p̄sumptione duceris o visitator poliloge: vt reformare alios temptes. q̄ adhuc in deformitate ꝓpria iaces? Sordib⁹ vicioꝝ pollut⁹ es. et alios mūdare poteris? Crede mihi nō dabit spūssanct⁹ virtutez sermonib⁹ tuis: qui gratiā eius ꝑ contrariam vitā offendis. Caret efficatia sermo in corde auditoris: quem vituperat cōuersatio predicantis. Quid dicam? Mentior nisi contumaces contumax sepe increpat: turpis turpem infamat: et euasisse se conscium credit: quasi cōscientia satis non sit. Sūt in quam inter eos qui vicia arguūt viciosi: in publico accusa-

tores. in occulto rei. in semetipsos censores pariter et nocētes damnant foris quod intus operantur. admittunt libenter. quod cum admiserint criminantur. Audacia prorsus cōuiciosis faciens. et impudentia congruens impudicis. Sepe cupidū increpat avarꝰ. impudicum luxuriosus. elatū superbꝰ. turpem criminosus. Quid patres quid putatis: possunt ne inter ipos visitatores inveniri huiusmodi deceptores. Non audeo dicere: experior tamen. Multi multa dicūt. pauci q̄d loquuntur. factis ostendunt. Se suosqꝫ reformare non prevalent. et alios ad observantiā coartare nitunt̄. Magna dicunt. minima faciunt. Stulta presumptio. que ꝓprijs neglectis. rapitur ad aliena. Qui sibi non sufficit. cui abūdabit. Qui se suosqꝫ ad emendationem vite non potest perducere. quando alios poterit emendare? Hec dixerim in eos qui tales sunt. qui damnant in alijs quod in se cōtemnunt emendare. Ceterum zelosis bonis idoneisqꝫ visitatoribus quales plures noverim. non velim ad iniuriam quicq̄ꝫ esse dictum. Vos aūt prestantissimi patres qui visitatores habetis eligere. curate ad id officiū meliores deputare. si monachos ad observantiā regularem cupitis perducere. Summa eñi regularis discipline apud visitatores est. que continuata crescit. neglecta deficit. Nempe si visitatores officiū suū diligenter impleverint: cenobia reformata in observātia regulari ꝯservabūt: et deformata ad meliorem statū facile reducent. Sin aūt negligentes fuerint: etiam que ab alijs bene inchoata sunt cito destruerent. Nihil eñi sic unitatem confundit. nihil sic pacem perturbat. nihil sic ledit charitatem: sicut ignorātia visitatorū: que non rōne sed voluntate indiscreta fervescit. Experientia nos plerūqꝫ edocuit quātas turbationes. dissensiones. iras. rixas. oblocutiones. et odia suscitaverint in cōgregationibꝰ monachorum visitatores imperiti: quibꝰ de imperio totū. de scientia et charitate nihil constat. Sed de hoc satis dixerim. ne accusare videar eos quos honore prosequi propter officij dignitatem iubemur.

Quam periculosum sit regimen animarum. Capitulū .xi.

SI cōsiderarem⁹ q̄ꝫ piculosa res sit regimē animarū q̄ꝫ graue on⁹ cure pastoralis. q̄ꝫ districto examini obnoxiū: mirum si vnq̄ꝫ in hac vita cor nostrū de securitate p̄sumeret. Dicit em̄ scriptura: qm̄ iudicium durissimū fiet in eos qui presunt. Nam sicut beat⁹ benedict⁹ ꝓtestatur in regula ꝑ aīab⁹ oīm monachoꝝ sibi cōmissoꝝ abbas deo redditur⁹ est rōnem. Idcirco dicit. Ordinat⁹ abbas cogitet sꝑ quale on⁹ suscepit: et cui redditur⁹ est rōnem villicatiōis sue. Onus certe et graue et piculosum ꝑ aīabus multoꝝ rōnem reddere: cū vix vnusquisq̄ꝫ ꝑ semetipso valeat respōdere. O quid respōdebūt sūmo pastori abbates terrenis dediti: q̄ aīas fratꝝ suoꝝ malo exemplo perimūt: et nec v̄bo nec ope pascūt? Quid dicā de quibusdā nostri ordinis abbatib⁹ qui regulā sancti benedicti quā ꝓfitentur. nec legūt nec si legāt intelligūt? Mentior si nō noui abbates sub nostro capitulo ꝯstitutos, qui tātis ignorātie tenebris inuoluti sunt: minimā sententiā ex regula non intelligāt. Diuinas scripturas nec sciūt nec diligūt: vanitatib⁹ mūdi submersi euanescūt desiderijs carnis nō spūs inseruiūt. Oportet abbatem iuxta preceptū legislatoris nostri doctū esse lege diuina: vt sciat ⁊ sit vnde ꝓferat noua et vetera: castū. sobriū. misericordē. et cetera. Quid isti dicent. quid docebūt. quid exhortabunt̄. qui nihil de scripturis sanctis. de regulari disciplina nihil intelligunt? O bone deus ad quātam miseriam ordo noster deuenit: qui olim doctissimis sanctissimisq̄ꝫ viris plen⁹ fuit. Vbi est nunc amor obseruantie regularis: vbi scripturaꝝ studiū. vbi ꝯuersatio sanctitatis? Oia simul perierūt: et vix in paucis pristine honestatis inuenim⁹ vestigia. Abbates nostri (exceptis paucis) aut auaricie dediti: aut vanitatib⁹ mūdi abstracti. nihil min⁹ q̄ꝫ de scientia scripturaꝝ cogitant q̄ꝫuis se

doctos multi arbitrent̄. Sed ex opib⁹ eoꝝ cognoſcit̄ erudici-
onis ingeniū. Iam doct⁹ credit̄ auar⁹. iam relligioſ⁹ dicitur
qui agrū agro copulat: qui lucris terrenis inuigilat: qui con
gregādis diuitijs appetitum laxat. Sed credite mihi patres
q̄m vera dictur⁹ ſum: diuicie tp̄ales non faciūt ſtabilem in or
dine diſciplinā. O q̄ꝫ terribilē ſunt ſubituri ſententiā abba
tes: qui regulā negligūt. qui monachos ſuos v̄bo ⁊ exemplo
ſanctitatis nō precedūt: qui ſpūalia exercicia vilipēdūt: qui
terrenis lucris incumbūt: qui diſciplinā monaſtice honeſta-
tis ꝯtemnūt. Vtinā ſaperent ⁊ intelligerēt ac nouiſſima pro
uiderēt: et onus tāti regiminis aut ſollicite gubernarēt: aut
ſi nō poſſent hūiliter deponerēt. Felix qui ſollicit⁹ ſtat ſup cu
ſtodiā ſuam: qui volūtatem dn̄i facit ſemp: qui ſine fictione
ad puritatem regule cōuerſatur.

¶ Sed ad preſens hec que de ſtatu et reformatiōe ordinis no
ſtri dixim⁹ vt credo ſufficiunt: quoꝝ lectio cū termino capi-
tuli finem quoqꝫ ſortiatur. Ceterum oīa et ſingula que vel in
hoc tractatu vel in alijs ſcripſi: vel ſcripſero: examini ſacro-
ſancte eccleſie romane ſubicio: cui⁹ fidē. doctrinā et diffini-
tionem. quo ad vixero ſeruare docere credere ac defendere ſem
per et vbiqꝫ volo. Si quid aūt (q̄d abſit) aliter a me dictū fu
erit q̄ꝫ illa tenet. docet. et credit: iam ꝑ preſentes ſimpliciter
reuoco: et ꝓ non dictis haberi volo. Summū pontificē vica
rium xp̄i fidei mee atꝫ doctrine iudicē et moderatorē hac mea
proteſtatione in omnibus eſſe volo et ſentio.)

¶ Lectus fuit preſens tractatus in capl̄o ꝓuinciali ordinis
ſancti bn̄dicti ꝓuincie maguntine in hirſaw celebrato ad men
ſam anno dn̄i Milleſimo quadringēteſimo nonageſimo tercio
dn̄ica Iubilate et dieb⁹ ſequentib⁹ vſqꝫ ad finem. Omnibus
aūt abbatib⁹ inibi adunatis volentib⁹ et ꝯſentientib⁹ ſtatutū
fuit vt imprimeretur et in futuris capitulis ꝓuincialibus ad
menſam ſemp publice legeretur. vt patet in ſtatutis.



